



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarijs**

Meibom, Johann Heinrich

Helmeftadii, 1668

Capvt Dvodecimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10160

sive, ut Plato ait lib. i. de legibus; μετὸν πείρας ἀφοβίας, ὡς
ἐπὶ τὴν τε ἀόκνως ὀλίγον, αἷς αὐτὸς ἢ καὶ παρὰ ἑαυτοῦ. plenum omni
confidentia, atq; audacia, ut quidvis strenuè atq; impigrè &
dicat & pariter agat.

CAPVT DVODECIMVM.

SUMMARIA.

1. Gallipotus avidi. 2. Cervisia potuum apud eos gene-
rale nomen. 3. re aliis etiam gentibus communi. 4. quarum
præcipua recensentur. 5. Ionas Scotus emendatus. 6. Cervis-
ia. 7. an à Cerere dicta. 8. Cerebibia. 9. Cerevisia. 10.
an à ceria Hispanorum. 11. vel colore cereo. 12. aut cerebro.
13. aut à Germanico gehren / fermentare. 14. aut à zerwe /
tritico. 15. aut zehren / epulari. 16. cervisia originatione pro-
sus incognita. 18. Arvisia vina Virgilij. 19. Arvisia, an cer-
visia.

1 **D**E Gallis Ammianus ait lib. xxv. vini avidum genus est
2 se, affectans ad vini similitudinem multiplices potus.
3 Hos vero potus generali vocabulo *Cervisiam* appellabant,
4 nomine apud ipsos quidem nato, re tamen cum aliis etiam
gentibus communi. Quarum quidem gentium præter eas,
de quibus hætenus diximus, non paucas recenset Jonas Sco-
tus, qui circa annum Servatoris nostri 1562 floruit, in vi-
5 ta Columbani, cap. xvi. Verba sunt: *Quum minister refe-*
ctorii vellet promere cervisiam, qua ex frumenti vel hordei
succis decoquitur, quaq; præ cæteris in orbe terrarum gentibus,
præter Scoticas & Dardanas, qua Oceanum incolunt, ut un-
tur, nempe Gallia, Britannia, Hibernia, Germania, cæteraq;
qua ab earum moribus non discrepant, vas, quod typhrum no-
6 *minat, in cellarium deportavit. Vbi pro Dardanas, lege*
Danas, vel Danicas gentes, quæ peninsulam Cimbricam
in Oceano inhabitant, Scoticis vicinæ, & oppositæ. Nulli
enim

enim in Oceano *Dardani*, nulla *Dardania*. Veterum vero *Dardania*, *Samotheacia* antiquum fuit nomen, ut *Stephanus* nos docet $\omega\sigma\iota\ \omega\delta\lambda\epsilon\omega\nu$. Superat autem hodie etiam apud Gallos *cervisia* nomen, dum potus suos ex frugibus *cervoise* indigitant. *Onomasticon* vetus *cervisiam* interpretatur *zythum*. *Cervisia*, $\zeta\upsilon\delta\theta$. Quibusdam, non *cervisia*, sed *cervisa* dicitur. *Poenitentiale Romanum* Tit. i. cap. xi. *Vinum & medonem, & mellitam, & cervisam, nunquam bibat, nisi in praedictis diebus.* Nec aliter scribitur in *Concilio Triburiensi*, cap. lvi. & llix. Meminit *cervisia* *Plinius* lib. xxii. cap. xxv. *Ex iis frugibus fiunt & potus: zythum in Aegypto, celia & ceria in Hispania, cervisia & plura alia in Gallis.* *Christ. Becmannus* in *Orig. Lat. Ling. origi-* 7
nem nominis cervisia non caliginosam ait esse ei, qui αἴλιον, καὶ ωμῆκόνικον ὕλικόν perpenderit. Coqui enim ex frugibus; Cererem, veteri superstitione Deam, sumi pro frugibus, inde esse cervisiam. Et sane jam olim *Isidorus* *Orig.* lib. xx. cap. ii. à *Cerere*, frugum inventrice eam voluit dictam. *Isidorum* sequuti fuere *Alb. Cranzius*, *Wandalia* lib. i. cap. iv. *Gregor. Holoander*, ad L. si quis ix. D. de trit. vino & ol. leg. *Joan. Placotomus* lib. de nat. cervis. part. i. *Abrah. Wernerus* *Orat. de Cerv.* & nuperrimè $\delta\ \chi\alpha\rho\iota\sigma\mu\ \tau\eta\ \iota\alpha\tau\epsilon\omega\upsilon$ *Caspar Hofmannus* *Instit. Med.* lib. v. cap. xxvii. Sequun- 8
tur alii, qui dictam putant, quasi *Cerebiam*, quod *Cere- ris* fructus in ea bibantur. *Vocabularium* vetus vult esse *Cereris vim in aqua*: corrupto etiam vocabulo in *cerevisi-* 9
am, & interposita E litera. At *Joan. Isaacius Pontanus* *Glossario Prisco* Gallico barbaris Gallis *Cereris* nomen ne per somnium quidem in mentem venisse ait: quemadmodum & *Phil. Cluverius* *German. antiq.* lib. i. cap. xvii. etymologiam istam, clarorum quantumvis virorum, ineptam & absurdam, mirari se dicit. Itaque alii *cervisiam* à 10

H

cervisa

ceria Hispanorum potu derivare voluerunt, à qua parum
11 etiam distare ait idem Isaacius. Jo. Ruellius lib. 11. de nat.
stirp. cap. xlii. & Hadr. Junius Animadv. lib. 11. cap. xii.
12 volunt esse à *cereo colore*. Alii à *cerebro* deduci, sibi per-
suasere, ac si *visat* id sæpe, & bibita petat. Hinc distichon
illud Jani Dufæ:

Quæritur unde suum ducat cerevisia nomen?

Quod cerebrum visat crebra, Sabelle, tuum.

Aut quod *cerebrum dividit*, vaporibus repleat, & quasi di-
stendat. Hoc placuit Jano Kotteritio Stromat. lib. 1. in his
versibus:

Quærebam nuper, cerevisia duceret unde

Nomen, & inveni postmodo tale etymon.

AEquo si pluris bibitur, cere dividitur brum;

Nam cerebri findit belluo, quicquid habet.

Verum *& res & vocabulum*, inquit Barthius Adversar. lib.
xlix. cap. xxx. sunt barbara, & nullo modo ad Helladem aut
13 Latium spectant. Quare Isaacius, quem dixi, certam pri-
mum Hispanorum derivat à voce *Gehren* / fermentare, ut
vulgo loquimur: deinde *cervisiam* porro dictam vult, qua-
si *Gehrwys*: nempe in modum, aut per modum fermenta-
tionis factam. *Wyse* enim, & *Weise* / mos est Germanos-
14 rum lingua. Melchior Goldastus Notis ad Ekkehardi Junio-
ri. Casus monasterii San = Gall. cap. ix. & Ph. l. Cluverius
loco jam adducto, Belgis, sive inferioris Rheni accolis in
usu esse ajunt vocem *terwe* / *äyti tē cerwe* / sive *zerwe* / mu-
tato c, vel z in t. quod *triticum* vel *frumentum* significat:
variasque hujus esse species, scilicet *Winterterwe* / *Som-
merterwe* / *Türkischterwe* / *Römischterwe* / quasi dicas, *frus-
mentum hyemale*, *æstivale*, *Turcicum*, *Romanum*. Ab hac
ergo voce *terwe* / sive *zerwe* / *cerevisia* contendunt esse ori-
ginationem, seu nominis causam. Math. Martinus Lexi-

co Philolog. cum Ger. Joan. Vossio lib. i. de vitis serm. 15
 cap. iv. & *cervisiam*, & *cervisiam* accersent à Germanico
 zehren / quod sit *vesci, epulari, concoquere*: qua de re etiam
 paullo ante diximus. Verum enimvero, *cervisia* etymolo- 16
 giainquirere, *Herculis fortasse labor sit*, inquit recte Isaa-
 cius; nec ideo adsequare. Hoc notandum, *cervisia* nomen
 ita invaluisse, ut eo solo per maximam Europæ partem
 hodie quivis è frugibus potus Latine appelletur. Præterire 17
 autem hic nequeo, quod Abrahamus Wernerus Orat. de
 Cervis. persuadere nobis conatus est, *vina Arvisia* & *no-*
vum nectar apud principem poetarum esse eundem potum
 quem *cervisiam* vocamus. Locus est Ecloga v.

*Et multo inprimis hilarans convivium Baccho,
 Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra
 Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.*

Ait autem Wernerus, *vina Arvisia*, interpretibus Servio
 & aliis dici *Chia* ab *Arvisio* Chii insulæ promontorio. Ad-
 dit ab hoc loco vites in Peloponesum ad Epidaurum trans-
 latas, urbis nomen immutasse, ut *Monembasia* diceretur,
 vinumque ibi natum corrupte *Malvasiam* nobis appellari,
 Gallis propius *Marvasiam*: quæ Guil. Budæi etiam est sen-
 tentia. Hoc autem vinum putat Virgilii ætate toti Italiæ
 non novum fuisse, sed cognitissimum, ac propterea à poë-
 ta *novum nectar* dici non potuisse. Itaque ipse per novum
 nectar intelligendam putat *cervisiam*, vini æmulam & *ἀ-*
ῥβανδύπον, quæ *arvisia* ab *arvo* fuerit dicta, ut *cervisia* à
 Cerere: quod fiat non ex uvis, sed frugibus in arvo natis.
 Verum parum firma est hæc ariolatio & multas patitur in-
 stantias. Primo enim variat admodum apud Virgilium le- 18
 ctio, codicesque alii habent *vina Arvisia*, alii *Ariusia*, alii
Aretusia, alii etiam *Arvisia*. Ut vero *Artyisia* & *Aretusia* om-
 nes rejiciunt, ita de *Arvisis* & *Ariusis* lis est, utra dixe-

rit Virgilius, Et codices sane antiquiores & meliores, habent *vina Ariusia*, & maxime eam amplectuntur lectionem eruditi. *Ariusum* autem Straboni locus est in insula Chio asper & importuosus, qui *vinum* tamen fert nobile *Ariusium* dictum. Plutarcho lib. κατ' ἐπίκρανον est οἶνον ἀεὶ βροτός, Plinio aliisque per metathesin unius literæ *vinum Arvisium*. Deinde *vina Ariusia*, sive Chia, non sunt *Malvatica*, non enim ex Chio nobis, sed fere ex Creta apportantur. Præterea falsum est cervisiam à Cerere dici, ac propterea non simili modo *arvisiam* ab *arvis* fingere licet. Itaque apud Virgilium legendum censeo *vina Ariusia*, quæ à poetâ ob nobilitatem, & respectu nectaris Deorum, *novum nectar* vocantur.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

SUMMARIÆ.

1. φραγῆς, potus. 2. Arabibus foca, alfoca, alfuca. 3. φραγῆδιον. 4. fucas potus simplex, compositus, duplex. 5. ex frugibus confici solitus. 6. modus ex Silvatico. 7. Arabibus ex pane factus. 8. eorū diversi generis. 9. modus Turcis usitatus. 10. Bellonij error. 11. Posca, pusca. 12. posca quid. 13. oxycratum. 14. posca etymon. 15. φραγῆ quid. 16. aqua & aceti in posca quantitas varia. 17. Bellonij pro sua opinione argumentum. 18. quod rejicitur. 19. posca ex vino acido & aqua.

1 **E**st & potionis quoddam genus, Græcis recentioribus & Arabum familiæ commemoratum. φραγῆν vocat Simeon Sethi, qui sub Michaële Duca Imp. floruit anno M L X X, & lib. περὶ τροφῶν δυνάμεως, sive de alimentorum facultatibus, omnes ipsi qualitates, quas Dioscorides zythio adscripserat, tribuit. Cujacius Observat. lib. xxiv. cap. ult. Græcis etiam φραγῆδιον ait appellatum. Glossæ tamen Græco-barbaræ